Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



†† abijce rursus integrum signum x 30 gradus

audies) productum ad tuum diem addideris & excreuerit numerus ultra 30 gradus †† & adhaerentes gradus una cum minutis sequenti signo annumera. Si uero integrum signum aufferre non opus erit, tunc retine tantum signum propositi diei.

III Per regulam proportionum quere quot gradus & minuta diurni motus respondeant tuo tempori aequato & reducto, quod fiat hoc modo: Diurnos motus in singulis Planetis iam per precedentem regulam collectos, colloca secundo loco regulae proportionum. Primo uero loco semper 24 horas & tertio loco semper tempus reductum & aequatum collocabis.

hor.	g	m.	Hor	m.
24	14.	8	18.	2

Notandum est: Si tempus reductum & aequatum non habet minuta annexa, tunc ponis primo loco simpliciter 24 horas. Si uero minuta adhaerent tunc conuertes & horas in minuta multiplicando per 60 quibus adde minutias adhaerentes. Et quia semper Primus & tertius numerus in regula de tri de una re agunt, igitur 24 horas quoque rediges in minuta collocanda primo loco. Si uero medius numerus habuerit gradus cum minutijs, rediges eum ad unam denominationem, multiplicando gradus per 60, & producto addendo minutias adhaerentes.

IIII. Quod prouenit ex operatione regulae de Tri adijce propositi diei motui si Planetae secundum seriem signorum mouentur: subtrahe, si contra seriem signorum incedunt. Et prouenient ad tempus propositum uera Planetarum loca.